

APPENDIX.

I.

DE VITIS APOSTOLORUM,

Quam versioni Græcæ Libri *de viris Illustribus* sub SOPHRONII nomine in ms. codice suo intextam (cap. 1, post cap. 1, et cætera post cap. 4) ERASMUS reperit.

957 Α'. Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ Ἀ ἡμῶν παραδεδώκασιν, Σκύθαις καὶ Σογδιανοῖς καὶ Σάκκις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Φᾶσις ὁ ποταμὸς, ἐνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι². Θάπτεται δὲ ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαιᾶς, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν.

Β'. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, πᾶσιν ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀνηρέθη δὲ μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου τετράρχου τῶν Ἰουδαίων.

Γ'. Φίλιππος ὁ ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύσσει τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Θάπτεται ἐν Ἱεροπόλει μετὰ τῶν θυγατέρων ἐνδόξως.

Δ'. Βαρθολομαῖος ὁ ἀπόστολος, Ἰνδοῖς τοῖς καλουμένοις Εὐδαίμοσιν ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον αὐτοῖς Εὐαγγέλιον ἔδωκεν. Ἐκοιμήθη δὲ ἐν Ἀλβανοπόλει τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

Ε'. Θωμᾶς ὁ ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περὶ αὐτοῦ, Πάρθοις καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις καὶ Κερμανοῖς καὶ Ὑρκανοῖς καὶ Βάκτροις καὶ Μάγοις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Ἐκοιμήθη ἐν πόλει Καλαμίνῃ τοῖς Ἰνδικῆς.

Ϛ'. Σίμων Χαναναῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, ὅστις καὶ τὸν κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς ἐδέξατο μετὰ τὴν Ἰακώβου τοῦ Δικαίου κοίμησιν. Ἐζησεν ἑκατὸν ἑξοκισιν ἔτη. Σταυρῷ δὲ παραδοθεὶς ἐπὶ Τραϊάνου τοῦ βασιλέως, διωγμοῦ μεγάλου κινήθητος, ἐκοιμήθη.

Ζ'. Μπθίας, εἰς ὧν τῶν ἑβδομήκοντα, συγκαταριθμηθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἑνδεκα ἀποστόλων, ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου τοῦ προδότου γενομένου, ἐν τῇ³ δευτέρᾳ Αἰθιοπία, ὅπου ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Ὑσσοῦ λιμῆν, ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον, ἀγροῖς ἀνθρώποις οὔσι, 959 Καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἕως τῆς σήμερον.

958. I. Andreas frater hujus¹, ut majores nostri prodiderunt. Scythis et Sogdianis et Saccis prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, et in Sebastopoli prædicavit, quæ cognominatur magna, ubi est irruptio Apsari, et Phasis fluvius: illic incolunt Æthiopes interiores². Sepultus est autem Patris civitate Achaiæ, cruci suffixus ab Ægea præfecto Edessenorum.

II. Jacobus Zebedæi filius, duodecim tribus quæ erant in dispersione, omnibus prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi. Interfectus est autem gladio ab Herode tetrarcha Judæorum.

III. Philippus apostolus in Phrygia prædicat Evangelium Domini Jesu. Sepelitur Hierapoli, cum filiabus, honorifice.

B IV. Bartholomæus apostolus, Indis iis qui dicuntur Fortunati prædicavit Evangelium Christi, et Evangelium quod est secundum Matthæum eis tradidit. Dormivit autem Albanopoli oppido majoris Armeniæ.

V. Thomas apostolus, quemadmodum traditum est nobis, Parthis et Medis et Persis et Carmacis et Hyrcanis et Bactris et Magis prædicavit Evangelium Domini. Dormivit in civitate Calamina, quæ est Indiæ.

VI. Simon Chananæus, cognomento Judas, frater Jacobi episcopi, qui et successit illi in episcopatum, post obitum Jacobi cognomento Justi, vixit annos viginti supra centum. Crucifixus autem sub Trajano imperatore, mota persecutione gravi, dormivit.

C VII. Matthias, cum unus esset e numero Septuaginta, allectus est in ordinem undecim apostolorum, in locum Judæ Iscariotæ, qui fuit proditor. In altera Æthiopia³, ubi est irruptio Apsari, et Hyssi portus, prædicavit Evangelium, 960 cum essent homines agrestes. Et illic dormivit, et illic sepultus est, usque ad hodiernum diem.

¹ Scilicet *Simonis Petri*, nam proxime a capite prime hæc Pseudo Sophronius subtexit.

² Mallet Bochartus ἕτεροι. Contra cl. Fabricius

impressam lectionem ἐσώτεροι rectius tuetur.

³ Huetio probaretur magis ἐστωτέρᾳ: quod e supra c. 1, Αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι appellentur.

VIII. Timotheus autem, Ephesiorum episcopus, A ordinatus a beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumcissione. De quo multa testatur Paulus, admonens ut honestam professionem dati sibi doni servaret, qui et gloriose illic testificatus est.

IX. Titus, episcopus Cretæ, in eadem et in circumjacentibus insulis prædicavit Evangelium Christi. Ibidem autem et dormivit, et sepultus est, nempe in Creta.

X. Crescens in Galliis¹ prædicavit Evangelium, et illic sepultus est. Eunuchus Candaces Æthiopyum reginæ in Arabia cognomento Felici, et in Taprobana insula maris Rubri prædicavit Evangelium Domini. Aiunt autem eum et ibidem martyrimum pertulisse, et honorifice fuisse sepultum.

¹ Colligere id licet ex II ad Timotheum c. iv, 10; nam ubi vulgo legitur *Crescens in Galatiam*, quædam Græca exemplaria habent εἰς Γαλλίαν, in *Galliam*. Tradit porro Eusebius lib. iii, c. 4, ipsum εἰς Γαλατίαν, quod Græci alii præferunt pro Γαλλία dici. Theodoretus: Γαλατίαν, τὰς Γαλλίας οὐ-

H'. Τιμόθεος δὲ, ὁ ἐπίσκοπος Ἐφέσου, κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς· ᾧ καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος, νουθετῶν τὴν καλὴν ὁμολογίαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλάξαι, ὅς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

Θ'. Τίτος, ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς περὶ νήσοις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

Ι'. Κρήσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. Εὐνοῦχος Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιοπίων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ Εὐδαίμονι, καὶ ἐν Ταπροβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως ταφῆναι.

B τως ἐκάλεσεν. Οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάσαι. Οὕτω δὲ καὶ νῦν αὐτὰς ὀνομάζουσιν οἱ τῆς ἕξω παιδείας μεταληφότες. Εἰρηφάν. Ηἱeres. LI: Οὐκ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὡς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλ' ἐν τῇ Γαλλίᾳ.

II.

EPISTOLA

Edita jam sub S. HIERONYMI nomine,

DE DUODECIM DOCTORIBUS AD DESIDERIUM¹

Jam sub nomine BEDÆ,

DE LUMINARIBUS ECCLESIAE².

CENSURA.

Otio abutatur, qui probare multis argumentis non esse hunc Hieronymi, sed male feriat auctoris setum, contenderit. Tot verborum salebræ, putidæ circumlocutiones, temporum atque ordinis immania σφάλματα, et ne quid deterius dicam, perversa de scriptoribus judicia, stomachum continuo movent Hieronymianæ gloriæ studiosis, indigne ferentibus hujusmodi blateramenta in maximi Doctoris nomen conferri. At non ideo Erasmus illud jure accusavit stultitiæ, quod ubi auctor professus esset se de Luminaribus toto mundi firmamento lucentibus dicturum, Pelagium, Jovinianum, et consimiles inculcarit tenebriones. Non enim eos inter lumina Ecclesiæ collocat, quorum scripta reprehendit, et veneno ac felle infecta non diffitetur.

¹ Ita in mss. Florentinis Annuntiatæ Servitarum, et S. Crucis Minorum, teste Martianæo, et in Ambrosiano penes v. c. Ludov. Anton. Muratorium

inscribitur.

² Habetur hoc titulo sub Bedæ nomine tomæ operum III, p. 491.